

horum elegantia commentariorum superetur qui sunt editi: ne scientia tantorum rerum scriptoribus desit: adeoq; probantur omnium iudicio: ut precepta non prebita facultas scriptoribus videatur. Cuius tamen rei maior nostra q̄ reliquorum est admiratio: ceteri enim q̄ bene atq; emendate nos etiam q̄ facile atq; celeriter eos perfecerit scimus. Erat autē in cesare facultas atq; elegantia summa scribendi cum uerissima scientia suorum consiliorum explicandorum. Mihi ne illud quidem accidit: ut Alexādrino atq; Africano bello interesserem: que bella quā q̄ ex parte cesaris nobis sermone sunt nota: tamē aliter audimus ea quā rerum nouitate atq; admiratione nos capiunt: aliter quā pro testimonio sumus dicturi. Sed rogo nimis dum omnes excusationis causas colligo: ne cum cesare conferar. Hoc ipsum crimen arrogantis subeo: quod in eo iudicio cuiusq; existimem posse cū cesare comparari. Vale.

MNI GALLIA DEVICTA CAESAR CVM SVPERIORE estate nullum bellandi tēpus intermis-  
set: militesq; hibernorum quiete reficere &  
tantis laboribus uellet. Complures eodem tempore  
ciuitates renouare belli consilia nuntiabantur con-  
iurationesq; facere. Cuius rei uerisimilis causa affere-  
batur: quod gallis omnibus cognitum esset: neq; ulla  
multitudine in unum locum coacta resisti posse a  
romanis: nec si diuersa bella eodem tempore intu-

*Iterū gallic pars rebel  
latue.*

lis et ciuitates satis auxilii aut spatii aut copiarum habitum exercitum populi romani ad omnia persequenda non esse autem alicui ciuitati sortem incommodi recusandam si tali mora relique possent se vindicare in libertatem. Quae ne opinio gallorum confirmatur. Cesar Marcum Antonium questorem suis prefecit hibernis ipse equitum presidio pridie kalendas Ianuarias ab opido bibratte proficiscitur ad legionem duodecimam: quam non longe a finibus heduorum collocauerat in finibus biturigum: eis adiungit legionem undecimam que proxima fuerat binis cohortibus ad impedimenta tuenda relictis. Reliquum exercitum in copiosissimos agros biturigum inducat. Qui cum latos fines & complura opida haberent unius legionis hibernis non potuerunt contineri: quin bellum pararent: coniurationesq; facerent. Repentino aduentu cesaris accidit quod imperatis deiectisq; accidere fuit necesse: ut sine timore ullo rura colentes prius ab equitatu opprimerentur: q; configere in opida possent. Namq; etiam illud vulgare incursionis hostium signum quod incendiis editiorum intelligi consuevit: cesaris erat interdictum sublatum: ne aut copia fabuli funerisq; si longius progrederi uelle deficeret: aut hostes incendiis terrorerentur. Multis hominum milibus captis perterriti bituriges: qui primum aduentum putauerant effugere romanorum infinitimas ciuitates: aut priuatis officijs confisi: aut societate consiliorum configerant frustra. Nam cesar magnis itineribus locis omnibus occurrit: nec dat

ulli ciuitati spatum de aliena potius q̄ de domestica  
salute cogitandi. Quia celeritate & fideles amicos re-  
tinebat & dubitantes terrore ad conditiones pacis ad-  
ducebat. Tali conditione bituriges proposita cum sibi  
uideretur ad clementiam cesaris redditum patere i eis  
amicitiam finitimas ciuitates sine ulla poena dedisse  
obsides atq; infidem receptas esse idem fecerunt. Cesar  
militibus pro tanto labore ac patientia qui a bruma-  
libus diebus itineribus difficillimis frigoribus intolerab-  
dis audiosissime permanserant in labore ducentos sexten-  
tios centurionibusq; duomilia nummum prede nomine  
condonanda pollicetur. legionibusq; in hiberna remis-  
sis ipse se recipit die xv. bibat. Ibi cum ius diceret bi-  
turiges ad eum legatos mittunt auxilium petitum con-  
tra carnutes quos intulisse bellum sibi querebatur. Qua  
re cognita dum dies non amplius decem & octo in hiber-  
nis esset moratus legionem quartadecimam & vi. ex  
hibernis ab arare ducit. Quas ibi collocatas explicata  
de rei frumentarie causa superiore commentario demos-  
tratum est. Ita cum duabus legionibus ad persequendos  
carnutes proficiscitur. Cum fama exercitus ad hostes  
esset perlata calamitate ceterorum ducti carnutes de-  
sertis uicis opidisq; que tolerande hiemis causa consti-  
tutis repente exiguis ad necessitatem edificijs incolebat.  
nuper enim deuicti complura opida dimiserant dis-  
persi profugiunt. Cesar erumpentes eo maxime tempo-  
re acerrimas tempestates cum subire milites nollet i  
opido carnutum tenabo castra ponit atq; in tecta par-  
tim gallorum partimq; coniectis celeriter stramentis  
tentoriorum que tegendorum gratia erant edificata

HVM

Superiore commen-  
tario.

Tentorium.

milites contegit. Equites tamen & auxiliarios pedites in omnes partes mittit quascunq; petisse dicebantur hostes nec frustra. Nam plerunq; magna preda potiti nostri reuertuntur. Oppressi carnutes hiemis difficultate terrore periculi cum tectis expulsi nullo loco diutius consistere auderent. nec siluarum presidio tempestatibus durissimis regi possent dispersi magna parte amissa suorum dissipantur in finitimas ciuitates. Cesar tempore anni difficillimo cum satis haberet conuenientes manus dissipare ne quod initium belli nasceretur qua tumcunq; in ratione esset exploratum haberet sub tempus estiuorum nullum summum bellum posse coflari. Caium trebonium cum duabus legionibus quas secum habebat in hibernis cenabi collocauit. Ipse cum crebris legationibus temorum certior fieret bellouagoq; belli gloria gallos omnes belgasq; prestabat finitimasq; iis ciuitates duce Sorbo bellouago & comio atrebate exercitus comparare atq; in unum locum cogere ut omni multitudine infines suessonum qui remis erant attributi facerent impressionem pertinere autem non tam ad dignitatem sed etiam ad salutem sua indicaret nullam calamitatem socios optime de re pulmeritos accipere. Legionem ex hibernis euocat rursus undecimam. Litteras autem ad cauū fabium mittit ut infines suessonum legiones duas quas habebat adduceret. Alteramq; ex duabus ab Tito Labieno accersit. Ita quantum opportunitas bellique ratio postulabat perpetuo suo labore in uicem legionibus expeditionum minus iniungebat. Hic copiis coactis ad bellouagos proficisciens castrisq; in eoru

Impressionem.

D.

B.

G.

finibus positis equitum turmas dimittit in omnes par-  
 tes ad aliquos excipiendos ex quibus hostium consilia  
 cognosceret. Equites officio sueti renuntiant paucos in  
 edificiis esse inuentos atq; hos non qui agrorum colen-  
 dorum causa remansissent namq; esset undiq; dilige-  
 ter demigratum sed qui speculari causa essent re-  
 missi a quibus cum quereret caesar quo loco multi-  
 tudo esset bellouacorum quod ut esse consilium eorum  
 inueniebat bellouacos omnes qui arma ferre possent  
 in unum locum conuenisse Itaq; ambianos aulicos  
 calethos ueliocassos atrebates locum castis in silua  
 excelsum circundata palude delegisse impedimenta  
 omnia in ulteriores silvas contulisse. Complures esse  
 principes belli autores sed multitudine maxime cor-  
 beo obtemperare quod ei summo esse odio nomen popu-  
 li ro intellexissent. Paucis ante diebus ex iis castris atre-  
 batem comium discessisse ad auxilia germanorum ad-  
 ducenta quorum & vicinitas propinqua & multi-  
 tudo esset infinita constituisse autem bellouacos  
 omnium principum consensu summa plebis cu-  
 piditate sed ut diceretur caesar cum tribus legioni-  
 bus ueniret offerrent se ad dimicandum ne misé-  
 riore ac duriore postea conditione cum toto exerci-  
 tu decertare cogerentur si maiores copias addu-  
 ceret & in eo loco permanerent quem delegissent  
 pabulatione ante que propter amissi tempus cu exi-  
 gua tum disiecta esset & frumentatione & reliquo co-  
 meatus ex insidiis prohibere romanos Que caesar co-  
 sentientibus pluribus cum cognouisset atq; ea quae  
 proponerentur consilia plena prudentia longeq; a te

meritate barbarorum remota esse iudicaret: omnibus  
rebus inserviendum statuit quo celerius hostes contemp-  
ta suorum paucitatem prodirent in aciem. Singulares  
enim uirtutis uerellas legiones septimam octauam  
nonam habebat summe spei delecteq; iuuentutis unde-  
cimam que octauo iam stipendio tamen in collatione  
reliquarum non dum eadem uerustatis ac uirtutis cepe-  
rat opinionem. Itaq; consilio aduocato rebus iis que-  
ad se essent delatae omnibus expositis animos multitu-  
dinis confirmat. Si forte hostes trium legionum nume-  
ro posset elicere ad dimicandum agminis ordine ita  
constituit ut legio septima octaua nona ante omnia  
iret impedimenta: deinde omnium impedimentorum  
agmen quod tamen erat mediocre ut in expeditio-  
nibus esse consueuit cogeret undecima ne maioris  
multitudinis species accidere hostibus posset q; ipsi depo-  
poscissent. Hac ratione penè quadrato agmine instruc-  
to in conspectum hostium celerius opinione eorum exer-  
citum adducit. Cum repente instructas uelut iacite  
certo gradu legiones accedere galli uiderunt: & quoy  
erant ad cesarem plena fiducie consilia perlata sive  
certaminis periculo sive subito aduentu seu expecta-  
tione nostri consilij copias instruunt pro castris nec  
loco superiore decedunt. Cesar & si dimicare optauerat  
tamen admiratus tantam multitudinem hostium  
ualle intermissa in altitudinem depressa quam late  
patente castra castris hostium confert. Hoc imperat  
uallo pedum muniri duodecim. Loriculam pro hac  
ratione eius altitudinis in edificari fossam duplē  
pedum denum quinum lateribus deprimi directis

In collatione.

Exercitus ordinem  
singularem.Nota egregia munitione  
castrorum.

D. B. 6.

turris excitari crebras in altitudine trium tabulatorum pō-  
tibus transiectis constratisq; iungi quorum frontes uini-  
nea loricula munirentur ut ab hostibus dupli folla-  
dupli propugnatorum ordine defenderentur. Quoru-  
m alter ex pontibus tutior ex altitudine esset hoc audacius  
longiusq; permetteret tela alter quo propior hostium  
uallo collocatus esset ponte ab incidentibus telis tegere-  
tur portis fores altioresq; turres imposuit. Huius mu-  
nitionis duplex erat consilium namq; & operum magni-  
tudinem & timorem suum sperabat fiduciam barbaris  
allaturum & pabulum frumentatumq; esset proficisci-  
dum paruis copiis castra munitione ipsa uidebat posse-  
defendi. Interim crebro paucis utrinq; procurentibus in-  
ter bina castra palude interiecta contendebatur. Quā  
tamen paludem non nunq; aut nostra consilia aut gal-  
lorum germanorumq; transibant acriusq; hostes inse-  
bantur: aut uicissim hostes eodem transgressi nostros  
longius summovebant. Accidebat autem quotidias  
pabulationibus id quod accidere erat necesse: cum ra-  
vis disiectisq; ex edificijs pabulum conquirerent ut im-  
pediti locis diuersis pabulatorii circumuenirentur. Que-  
res & si mediocre detrimentum iumentorum ac ser-  
uorum nostris afferebat: tamen sultas cogitationes in-  
citabat barbarorum atq; eo magis quod cominus que-  
profectum ad auxilia germanorum accersenda docui-  
cum equitibus uenerat. qui tam & si numero nō am-  
plius erant quingentis: tamen germanorum aduentu  
barbari nitabantur. Caesar cum animaduerteret hos-  
tem complures dies castris palude & locis natura mu-  
nitis se tenere: neq; oppugnare castra eorum sine dimi-

catione perniciosa: nec locum munitionibus claudi nisi  
a maiore exercitu posse: litteras ad Trebonium mittit ut  
q̄ celerrime possa: legionem quartadecimam que cū Ti-  
to sextio legato in biturigibus hiemabat accerseret. Atq;  
ita cum tribus legionibus magnis itineribus ad se uenire  
ipse equites iniucem remorum ac legionum reliqua-  
rumq; ciuitatum quorum magnum numerū euoca-  
uerat: presidio pabulatoribus mittit qui subitas hosti-  
um incursions substinerent. Quod cum quotidie fieri  
ac iam consuetudine diligentia inueniretur: quad ple-  
rung accedit diuturnitate. bellouaci deiecta manu  
peditum cognitis stationibus quotidianis equitum  
nostrorum silvestribus insidias disponunt: eodemq;  
equites postero die mittunt qui primum elicerent  
nostros insidiis deinde circuuentos aggredierentur. Cu-  
ius mali sors incidit remis quibus ille dies fungendi  
muneris obuenerat. Nam ii cum repente hostium equi-  
tes animaduertissent: ac numero superiores paucita-  
tem contempserint: cupidius insecuri: peditibus  
undiq; sunt circudati. Quo facto perturbati celerius  
q; consuetudo fert equestris prelii se receperunt: amis-  
so uertis eo principe ciuitatis prefecto equitum. Qui  
cum uix equo propter statem posset uti: tamen co-  
suetudine gallorum neq; etatis excusatione insusci-  
pienda prefectura usus erat: neq; dimicari sine se-  
noluerat. Inflammantur atq; incitantur hostiū ani-  
mi secundo prelio principe & prefecto remorum in-  
terfecto nostrisq; detimento admonentur diligenti-  
us exploratis locis stationes disponere ac modera-  
tius cedentem insequi hostem. Non intermittuntur

Vestisq; prefectus armo-  
rum interficitur.

interim quotidiana prelia in conspectu utrorumq; castro-  
rum que ad uada transitusq; fiebant paludis. Quia con-  
tentione germani quos propterea cesar transduxerat  
rhenum: ut equitibus interpositis preliarentur: cum co-  
stantius uniuersi paludem transsissent: paucisq; in resis-  
tendo interfecdis: pertinacius reliquam multitudine-  
scent insecuri perterriti non solum ii qui aut minus  
opprimebantur: aut eminus vulnerabantur: sed et  
qui longius subsidiari consueuerant: turpiter refuge-  
runt. Nec prius finem fugae fecerunt sepe amissis supe-  
rioribus locis q; se aut in castra suorum reciperent:  
aut nonnullis pudore coactis longius profugerent.  
Quorum periculo sic omnes copie sunt perturbate: ut  
uix iudicari posset utrum secundis minimisq; re-  
bus insolentiores: an aduerso mediocri casu timi-  
diores essent. Compluribus diebus iisdem in cast's  
consumptis: cum proprius accessissent legiones & ca-  
ium trebonium legatum cognouissent duces belloua-  
corum ueriti similem obsessionem Alexie: noctu di-  
mittunt eos quos aut etate aut uiribus inferiores  
aut inertes habebant: unaq; reliqua impedimenta  
quorum perturbatum & confusum dum explicant-  
agmen: magna enim multitudo carrorum expedi-  
tos sequi gallos consueuit. Oppressi luce copias ar-  
matorum suis instruunt castris ne prius romani  
prosequi se inciperent: q; longius agmen impedim-  
torum suorum processisset. At cesar neq; resisten-  
tes agrediundos tanto collis ascensi iudicabat:  
neq; non usq; eo legiones admouendas ut disce-  
dere ex eoloco sine periculo barbari nostris militib;

subsidari.

instantibus non possent. Ita cum palude impedita  
 a castris castra diuideret que transeundi difficultas  
 celeritate insequendi tardare posset. Atque id iugum  
 quod trans paludem pene ad hostium castra pertine-  
 ret mediocri uallo a castris eorum introrsum ani-  
 maduenteret pontibus palude constrata legiones  
 traducit celeriterque in summam planiciem iugi  
 peruenit quod declivi fastigio duobus ab lateribus  
 minuerat. Ibi legionibus instructis ad ultimum  
 iugum peruenit aciemque eo loco constituit. Vnde to-  
 mento missa tella in hostium cuneos coniici posset.  
 Barbari confisi loci natura cum dimicare non recu-  
 sarent si forte romani subire collem conarentur  
 & paulatim copias distributas dimittere non aude-  
 rent ne dispersi perturbarentur in acie permane-  
 runt. Quorum pertinacia cognita cesar xx. cohō-  
 tibus instructis castrisq; eo loco metatis muniri  
 iubet castra ac solutis operibus pro uallo legiones  
 instructas collocat equites frenatis equis instatio-  
 ne disponit. Bellouaci cum romanos ad inseque-  
 dum paratos uiderent neque pernoctare aut diuti-  
 us permanere sine periculo eodem loco possent ta-  
 le concilium sui recipiendi ceperunt fasces ut co-  
 sueuerant namque in acie sedere gallos consuesce-  
 superioribus commentariis cesaris declaratum est  
 per manus stramentorum ac uirgultorum quorum  
 summa erat in castris copia inter se traditos ante  
 aciem collocarunt extremoque tempore diei signo pro-  
 nuntiato uno tempore incenderunt. Ita continens  
 flama copias omnes repente a conspectu texit ro-

Constrata.

Declini fastigio.

Confisi.

Castris metatis.

pernoctare.

per manus.

pronuntiato.

manorum. Quod ubi accidit: barbari uchementissimo cursu refugerunt. Cesar & si discessum hostium animaduertere non poterat incendiis oppositis tamen id cōciliū cum fuge causa initum suspicaretur: legiōes promovit: & ad insequendum ipse ueritus insidias nefore in eodem loco subsistere hostis atq; elicere nostros in locum conaretur iniquum tardius procedit. Equites cum intrare summum iugum & flāmam fortissimam timerent: ac si qui cupidius intrauerat: uix suorum ipsi priores partes animaduerterent: eq̄y insidias ueriti liberam facultatem sui recipiendi bellouacis dederunt. Ita fuga timoris simul calliditatiesq; plena sine ullo detimento milia non amplius dece progressi hostes loco munitissimo castra posuerūt. In de cum sepe in insidiis equites peditesq; disponerent magna detrimenta romanis in pabulationibus inferabant. Quod cum crebrius accideret ex captiuo quodam comperit cesar corbeum bellouagorum ducem fortissimorum milia sex peditum delegisse: eq̄tesq; ex omni numero mille: quos in insidiis eo loco collocarat: quem in locum propter copiam frumenti ac pabuli romanos missuros suspicaretur. Quo cognito consilio legiones plures q̄ solebat educit: equitatumq; quem ipse pabulatoribus mittere presidio consuerat premittit. Huic interponit auxilia leuis armaturae. Ipse cum legionibus q̄ potest maxime appropinquit. Hostes in insidiis dispositi: cum sibi delegissent campum ad rem gerendā non amplius patentem in omnes partes passibus mille siluis undiq; aut impeditissimo flumine-

elicere.

NL5

34

INDAGINE.

munitum uelut indagine hunc insidiis circuū dederunt.  
 Explorato hostium consilio: nostri ad preliandum animo  
 atq; armis parati cum subsequentibus legionibus nulla  
 dimicationem recusarent: turmatim in in eum locū  
 deuenerunt. Quorum aduentu cum sibi corbeus  
 oblatam occasionem rei gerende existimaret: primus  
 cum paucis se ostendit: atq; in proximas turmas im-  
 petum fecit: nostri constanter incursum substinent  
 insidiatorum: neq; plures in unum locum conueni-  
 unt. Quid plerūq; equestribus preliis: tum propter  
 aliquem timorem accidit: tum propter multitudi-  
 nem ipsorum detrimentum accipitur. Cum dispoli-  
 tis turmis inuicem rari preliarentur: neq; ablate-  
 ribus circumuenti suos paterentur erumpunt ceteri  
 corbeo preliante exiliis: fit magna contentionē di-  
 uersum prelium. Quod cum diutius pari marte ini-  
 retur: paulatim exiliis multitudo instructa proce-  
 dit peditum: que nostros coegerit cedere equites: quib⁹  
 celeriter subueniunt leuis armature pedites quos  
 ante legiones missos docui turmisq; nostrorū inter-  
 politis constanter preliantur. Pugnatur aliquan-  
 diu pari contentionē. Deinde ut ratio postulabat  
 prelii qui substinuerant primos impetus insidia-  
 rum: hoc ipso sunt superiores: quod nullum ab insi-  
 diantibus imprudentes acceperant detrimentum.  
 accedunt proprius interim legiones: crebroq; eodē  
 tempore & nostris & hostibus nuntii afferuntur:  
 Imperatorem instrudis copiis adesse. Quia re co-  
 gnita nostri confisi presidio cohortium acerrime p-  
 liantur: ne si tardius rem gessissent: uictorie gloria

Incipitus prelium cū  
Bellouagis.

communicasse cum legionibus uiderentur. Hostes co-  
cidunt animis: atq; itineribus diuersis fugam querunt  
nequicq;. Nam quibus difficultatibus locorum roma-  
nos claudere uoluerant iis ipsi tenebantur. Victi  
tamen proculsq; maiore parte amissa consternati  
profugunt: partim siluis petitis: partim flumine qui  
tamen in fuga a nostris acriter inseguientibus consi-  
ciuntur: cum interim nulla calamitate uictus cor-  
baci excederet prelio siluisq; peteret aut in uitatibus  
nostris ad deditio[n]em potuit adduci: quin fortissime  
preluando compluresq; vulnerando cogeret elatos ira-  
cundia uictores inse tela coniicere. Tali modo re ges-  
ta recentibus preli uestigis ingressus cesar: cum uic-  
tos tanta calamitate existimaret. Hostes nuntio ac-  
cepto locum castrorum relicturos: que non longius  
abea cede abesse q; octo milibus dicebantur: tam  
& si flumine impeditum transitum uidebat: tam  
exercitu producto progreditur. At bellouaci reliqq;  
ciuitates repente ex fuga paucis atq; iis vulneratis  
receptis qui siluarum beneficio casum euitarent.  
Omnibus aduersis cognita calamitate interfecto corbeo:  
amissio equitatu & fortissimis peditibus cum aduen-  
tare romanos existimarent: consilio repente contu-  
tubarum conuocato conclamant legati: oblideq;  
ad cesarem mittantur. Hoc omnibus probato con-  
silio: Comius atrebas ad eos configit germanos a  
quibus ad id bellum auxilia mutuatus erat. Ce-  
teri uestigio mittunt ad cesarem legatos: petuntq;  
ut ea pena sit contentus hostium quam si sine  
dimicione inferre integris posset pro sua clemen-

Corbeus occiditur.

Legatio bellouago  
rum ad cesare.

tia atq; humanitate nunq; profecto esset illatus. Afflic-  
tas opes equestri prelio bellouacorum esse delectorū pe-  
ditum multa milia interisse: uix refugisse nuntios ce-  
dis: tamen magnum ut intanta calamitate belloua-  
cos eo prelio commodum esse consecutos: quod corbe-  
us auctor belli concitator multitudinis esset inter-  
fectus. Nunq; enim senatum tantum in ciuitate illo  
uiuo quantum imperitam plebem potuisse. Hec oran-  
tibus legatis commemorat cesar eadem tempore su-  
periore anno bellouacos ceteraq; gallie ciuitates sus-  
cepisse bellum pertinacissime. Hos ex omnibus inse-  
tentia permanisse: neq; ad sanitatem reliquorū  
de ditione esse perductos scire atq; intelligere se cau-  
lam peccati facillime mortuis delegari: nemine uo-  
tantum pollere: ut in multis principibus: resistente se-  
natū: omnibus bonis repugnantibus infirma ma-  
nu plebis bellum concitare & gerere posset: sed tam  
se contentum fore ea pena quam sibi ipsi contraxis-  
sent. Nocte in sequenti legati responsa ad suos referunt:  
obsides conficiunt: concurrunt reliquarum ciuita-  
tum legati qui bellouacorum speculabantur euētū  
obsides dant: imperata faciunt: excepto comio que  
timor prohibebat cuiusq; fidei suam committere  
salutem. Nam superiore anno Titus labienus ce-  
re in gallia citeriore ius dicente cum Comiū com-  
perisset sollicitare ciuitates & coniurationem contra  
cesarem facere: infidelitatem eius sine ulla perfidia  
indicauit comprimi posse. quem quia non arbi-  
trabatur uocatum in castra uenturum ne temp-  
tando cautionem faceret. Caium uolusenū qua-

*Fit responsio.*

*T. Labienus pruden-  
ter agit.*

dratum misit: qui eum per simulationem colloqui cu-  
 raret interficiendum: ad eam rem delectos idoneos  
 tradit centuriones. Cum in colloquium uentum es-  
 set: & ut conuenerat: manum comii uolusenus arti-  
 puisset: centurio uelut insueta re permotus celeriter  
 a familiaribus prohibitus comii confidere hominem  
 non potuit: grauius tamen primo ictu gladio caput  
 percussit: cum utraq; gladii districti essent non tam  
 puonandi q; diffugiendi fuit utroruq; consilium nostro-  
 rum: quod mortifero uulnere comium credebat affec-  
 tum: gallorum quod insidius cognitis plura q; uide-  
 bant extimescebant. Quo facto statuisse comius di-  
 cebatur: nunq; in conspectu cuiusq; romani uenire.  
 Bellicolissimis gentibus deuictis: cesar cum uideret  
 nullam iam esse ciuitatem que bellum id pararet: quod  
 sibi resisteret: sed non nullos ex opidis demigrare ex  
 agris diffigere ad presens periculum deuitandum plu-  
 res in partes exercitum dimittere constituit. M. anto-  
 nium questorem cum legione duodecima sibi coniun-  
 git. C. fabium legatum cum cohortibus xxv. mittit  
 in diuersissimam partem gallie: quod ibi quasdam ciui-  
 tates in armis esse audiebat: neq; cauim caninū re-  
 billum legatum qui in illis regionibus preerat satis fir-  
 mas duas legiones habere existimabat. Titum labie-  
 num ad se euocat. Legionem autem duodecimam  
 que cum eo fuerat in hibernis in togatam gallia mit-  
 tit ad colonias ciuum romanorum tuendas: ne  
 quod simile incommodum accideret discursione bar-  
 barorum: ut superiore estate triestinis acciderat q;  
 repentino latrocino atq; impetu incole illorum erat

alas max pfr

oppressi ipse ad uastando depopulandoq; fines ambio-  
 rigis proficisciuit. Quem perterritum ac fugientem cū  
 redigi posse in suam potestatem desperaret proximum  
 sive dignitatis esse ducebat: adeo fines eius uastare ci-  
 ubus: edificiis: pecore: ut odio suorum ambiorix: si  
 quos fortuna reliquos fecisset: nullum redditum prop-  
 ter tantas calamitates haberet in ciuitatem: cū in  
 omnes partes ambiorigis: aut legiones aut auxilia  
 dimisisset atq; omnia cedibus: incendiis: rapinisq; uaf-  
 tasset. Magno numero hominum interfecto aut cap-  
 to. Labienum cum duabus legionibus in treueros  
 mittit. Quorum ciuitas propter germanie ciuitate  
 quotidiani exercitata bellis cultu & feritate non  
 multum a germanis differebat: neq; imperata unq;  
 nisi exercitu faciebat coacta. Interim Caius cornini-  
 us legatus cum magnam multitudinem conuenis-  
 se hostium in fines pictorum: litteris nuntiis Duna-  
 ci cognosceret: qui perpetuo in amicitia mansisset ro-  
 manorum. Cum pars quedam ciuitatis eius defecis-  
 set: ad opidum lemonum contendit. Quo cum ad-  
 uentaret: atq; ex captiuis certius cognosceret: multis  
 hominum milibus adunato duce axidum duratiū  
 clausum lanone oppugnari: neq; infirmas legiones hos-  
 tibus committere auderet castra posuit loco munito.  
 Dunacus cum appropinquare caium cognouisset: copiis  
 omnibus ad legiones conuersis castra romanorū oppu-  
 gnare instituit. Cumq; plures dies in oppugnatione  
 consumplisse & magno suorum detimento nulla  
 partem munitionum conuellere potuiss& rursus ad  
 obsidendum lemonem reddit. Eo tempore C. fabius

D. B. G.

legatus complures ciuitates in fidem recipit oblidibus firmat.  
litterisq; caui rebili canii sit certior que impictonibus geratur.  
Quibus cognitis proficisci tuis ad auxilium Dinaci ferendū.  
At dinacus aduentu fabii cognito desperata salute: si tem-  
pore eadem coactus esset & romanorum & exterum sub-  
stinere hostem & respicere ac timere opidanos repen-  
te ex eo loco cum copiis recedit nec se satis tutum fore  
arbitratur nisi flumine ligeri quod erat ponte propter  
magnitudinem transiendum copias transduxisset. Fa-  
bius & si nondum in conspectum uenerat hostibus: neq;  
se caninio coniunxerat: tamen doctus abiis qui locor  
nouerant naturam potissimum redidit hostes perterri-  
tos non eum locum quem petebant petituros. Itaq; cum  
copiis ad eundem pontem contendit: equitatumq; ta-  
tum procedere ante agmen imperat legionum: quantū  
cum processisset: sine defatigatione equorum in eadē  
se reciperet castra. Consequuntur equites nostri ut erat  
preceptum inuaduntq; Dinaci agmen & fugientes per  
territosq; subsarcinis itinere aggressi magna preda mi-  
tis interfectis potiuntur. Ita re bene gesta se recipiunt  
in castra. In sequenti nocte fabius equites premittit sic pa-  
ratos ut confligerent atq; omne agmen morarentur:  
dum consequeretur ipse. Cuius preceptis ut res gerere-  
tur Quintus titatius uarus prefectus equitū singularis  
& animi & prudentie uir suos hortatut. agmenq; hos-  
tium consecutus turmas partim idoneis locis disponit:  
partim equitum prelium committit: confligit auda-  
cius equitatus hostium succedentibus sibi peditibus qui  
toto agmine subsistentibus equitibus suis contra nos-  
tres ferunt auxilium fit prelium acri certamine. Nag;

Varus singularis & ai  
& prudentie vir

nostri contemptis pridie superatisq; hostibus cum subsequi legiones meminisset & pudore cedendi & cupiditate celerius conficiendi prelii fortissime contra pedites preliantur. Hostesq; nihil amplius copiarum accessurum credentes: ut prius cognoverant delendi equitatus nostri nacti occasionem uidebantur. Cum aliquandiu summa contentione dimicaretur: Dunacus instruit aciem quae suis esset equitibus inuicem presidio: cum repente conferte legiones in conspectu hostium ueniunt. Quibus uisis procul se barbarorum turme ac perterritæ acies hostium perturbato impedimentorum agmine magno clamore discursusq; passim fuge se mandat. At nostri equites qui paulo ante qui paulo locum resistentibus fortissime confluxerant. Letitia uictorie elati: magno undiq; clamore sublato: cedentibus circumfusi quatum equorum uires ad persequendum dextreq; ad cedendum ualent: tñ eo prelio interficiunt. Itaq; amplius milibus duodecim aut armatorum aut eorum qui eo tempore arma proiecerat: interfidis omnibus multitudo capitur impeditorum. Qua ex fuga cum constaret drapete senonem: qui ut primum defecerat: e gallia collectis undiq; perditis hominibus serius ad libertatem uocatis: exilibus omnium ciuitatum receptis latrociniis impedimenta & commeatus romanorum interceperat: non amplius hominū milibus ex fuga quinq; collectis prouinciam petere: unaq; consilium cum eo lucratum cadurcum cepisse quem superiore commentario prima defectione gallie facere in prouincia uoluisse impetum cognitum est. Caninius legatus cū legionibus duabus ad eos persequendos contendit:

Defectione.

ne detimento aut timore prouincie magna infamia p-  
 ditorum hominum latrocinii caperetur. Caius fabius  
 cum reliquo exercitu in carnutes ceteraque proficisci tur ci-  
 uitates: quarum eo prelio quod cum Dunaco fecerat copi-  
 as esse accitas sciebat. Non enim dubitabat quin recentica-  
 lamitate summissiores essent future. Dato uero spatio ac  
 tempore eodem instigante dunaco possent concitari. Qua  
 in re summa felicitas celeritasque in recipiendis ciuitatibus  
 fabium consequitur. Nam carnutes qui sepe vexati nu-  
 que pacis fecerant mentionem datis obsidibus ueniunt in  
 dditionem: ceteraque ciuitates posse in ultimis gallie-  
 finibus oceano coniuncte que armorice appellantur au-  
 toritate adducte carnutum aduentu fabii legionumque  
 imperata sine mora faciunt. Dunacus suis finibus  
 expulsus errans latitanisque solus extremas gallie regio-  
 nes petere est coactus. At drapes unaque luterius cum  
 legiones caniniumpque adesse cognoscerent: nec se sine  
 certa pernitie persequente exercitu putarent prouin-  
 cie fines intrare posse: nec tam libere uagandi latroci-  
 niorumque faciendorum facultatem habere in finibus  
 se constituunt cadurcorum. Ibi cum luterius apud  
 suos ciues quondam integris rebus multum potuisse:  
 semperque auctor nouorum consiliorum: magna apud  
 barbaros auctoritatem haberet opidum exelodunum  
 quod in clientela fuerat eius: egregie natura loci mu-  
 nitum occupat suisque drapetis copius opidanosque  
 sibi coniungit. Quocum constim caius caninius  
 uenisset animaduerteretque omnes opidi partes pre-  
 ruptissimis saxis esse munitas quod defendente nul-  
 lo tamen armatis ascendere esse difficile. Magna

Clandestina.

autem impedimenta opidanorum uideret: que si clan-  
destina fuga subtrahere conarentur: effugere non mo-  
do equitatum: sed ne legiones quidem posset triparti-  
to cohortibus diuisis tria celsissimo loco castra fecit: a  
quibus paulatim quantum copie patiebantur: uallum  
in opidi circuitum ducere instituit. Quod cum animad-  
uerterent opidani miseriamq; alexie memoria sol-  
liciti similem causam obsessionis uerterentur: maxieq;  
ex omnibus luterius qui fortune illius periculum fe-  
cerat moneret frumenti rationem esse habendam  
constituunt omnium consensu parte ibi relicta copia-  
rum: ipse cum expeditis ad importandum frumentum  
proficiisci. Eo consilio probato proxima nocte duobus  
milibus armatorum relictis reliquos ex opido dra-  
pes & luterius educant. Hi paucos dies morati ex fi-  
nibus cadurcorum qui partim re frumentaria sub-  
leuare eos cupiebant: partim prohibere quo minus  
sumerent non poterant: magnum numerum fru-  
menti comparant: non nunq; autem expeditionibus  
nocturnis castella nostrorum adoriantur. Quam  
ob causam caius caninius toto opido munitiones  
circuicare moratur: ne aut opus effectum tueri  
non posset: aut plurimis in locis infirma disposita  
presidia haberet. Magna copia frumenti compara-  
ta: considerat drapes & luterius non longius ab opi-  
do decem milibus. Vnde paulatim in opidum fru-  
mentum supportarent. Ipsiq; inter se prouincias  
parciuntur. Drapes castris presidio cum parte co-  
piarum restitit. Luterius agmen iumentorum  
ad opidum dicit: dispositis ibi presidijs: hora no-

ties circiter x. silvestribus angustissimisq; itineribus  
fumentum importare in opidum instituit. Quorū  
strepitum uigiles castorum cum sensisset explorato-  
resq; missi que agerentur renuntiasse. Caninius  
celeriter cum cohortibus armatis ex proximis castel-  
lis instrumentarios sub ipsam lucem impetum fecit  
qui repentina malo perterriti diffugiunt ad sua pre-  
sidia. Quæ nostri ut uiderunt acius contra arma-  
tos incitati neminem ex eo numero uiuum capi pa-  
tiuntur profugit inde cum paucis luterius nec se re-  
cipit in castra. Re bene gesta caninius ex captiuis cō-  
perit partem copiarum cum drapete esse in castris  
a milibus non longe amplius ducdecim. Quare ex  
compluribus cognita cum intelligeret fugato duce al-  
tero perterritos reliquos facile opprimi posse magne fe-  
licitatis esse arbitrabatur neminem excede refugis-  
se in castra qui de accepta calamitate nuntium dea-  
peti perferret. Sed in experiundo cum periculum nul-  
lum uideret equitatum omnem germanosq; pedi-  
tes summe uelocitatishomines ad castra hostium  
premittit. Ipse Legionem unam inter castra distri-  
buit alteram secum expeditam ducit. Cum propri-  
us hostis accessisse ab exploratoribus quos premise-  
rat cognoscit castra eorum ut barbarorum fere cō-  
suetudo est relictis locis superioribus ad ripas esse flu-  
minis demissa. Ac germanos equites imprudentibus  
omnibus de improviso aduolasse præliumq; cōmis-  
se. Quare cognita legionem armatam instructamq;  
adducit. Ita repente omnibus ex partibus signo da-  
to loca superiora capiunt. Quod ubi accidit germa-

Nota crudelē  
gallorū stragēm.

Germani equites.

P R E L I V M .

Capitul. Drapes.

externo.

C. Fabius.

D e p o s e i t .

ni equites signis legionis uisis uehementissime prelian-  
tur. Confestim cohortes undiq; impetum faciunt.  
omnibusq; aut imperfectis aut captis magna preda  
potiuntur. Capitul. ipse eo prelio drapes. Caninius  
felicissime re gesta sine ullo pené militis vulnera ad  
obsidendos opidanos revertitur. externoq; hoste dele-  
to: cuius timore antea diuidere presidia & munitio-  
ne opidanos circundare prohibitus erat opera undiq;  
imperat administrari. Venit eodem cum suis copiis  
postero die caius fabius partemq; opidi sumit ad ob-  
sidendum. Cesar interim Marcum antonium ques-  
torem cum cohortibus quindecim in belgis relinquit.  
nequa rursus nouorum consiliorum capiendorū bel-  
gis facultas daretur. Ipse reliquias ciuitates adit: ob-  
sides plures imperat: timentes omnium animos co-  
solatione facta sanat. Cum in carnutes uenisset: quo-  
rum inciuitate superiore commentario cesar expo-  
suit initium belli esse ortum: quod precipue eos prop-  
ter conscientiam facti timere animaduertebat: quo  
celerius ciuitatem timore liberaret: principes sceleris  
illius & concitatorem belli gratiatum ad supplicium  
deposit: qui & sine ciuibus quidem suis se commit-  
tebat: tamen celeriter omnium cura questus i cal-  
tra perducitur. Cogitur in eius supplicium cesar co-  
tra suam naturam concursu maximo militum qui  
omnia pericula & detrimenta belli a gratiatio ac-  
cepta referebant: adeo ut uerberibus exanimatū  
corpus securi feriretur. Ibi crebris litteris caninii  
fit certior que de drapete & luterio gesta esset q; in  
consilio permanerent opidani. Quorum & si pau-

citatem contemnebant tamen pertinaciā magna po-  
 na esse afficiendā iudicabat: ne uniuersa gallia nō ibi  
 vires defuisse ad resistendum romanis sed constantiam  
 putaret: neque hoc exemplo ceterae ciuitates locorū oppo-  
 tunitate frete se vindicarent in libertatem cum omni-  
 bus gallis notum esse sciret. Reliquam esse una esta-  
 tem sue prouincie quam sibi substinere potuissent:  
 nullum ultra periculum uerentur. Itaq; q; calenū  
 legatum cum legionibus reliquit: qui iustis itineri-  
 bus subsequeretur. Ipse cum omni equitatu q; potest  
 celerrime ad caninium contendit. Cum contra ex-  
 pectationem omnium cesar uxelludonum uenisse &  
 opidumq; operibus clausum animaduerteret: neque  
 ab oppugnatione recedi uideretur ulla conditione  
 posse. Magna autem copia frumenti abundar: opi-  
 danos ex perfugis cognosceret: aqua prohibere hostē  
 temptare coepit: flumen infimam uallem diuide-  
 bat: que pene totum montem cingebat: in quo posi-  
 tum erat preruptum undiq; opidum uxelludonū  
 hec auertere natura loci prohibebat. In infimis enī  
 sic radicibus montis ferebatur: ut nullam in par-  
 tem depresso fossis deriuari posset. Erat autem opi-  
 danis difficilis & preruptus eo descensus: ut perhi-  
 bientibus nostris sine uulneribus ac periculo uitae:  
 neq; adire flumen: neq; arduo se recipere posset ascen-  
 su. Quia difficultate eorum cognita cesar fundito-  
 ribus sagittariisq; dispositis tormentis: etiam quibus-  
 dam locis contra facillimos descensus collocatis aqua  
 fluminis prohibebat opidianos. Quorum omnis pos-  
 tea multitudo aquarum unum in locum conue-

Lege totum quod  
sequitur.

niebat sub ipsius opidi murum magnus fons aquae  
 prorumpens ab ea parte que fere pedum trecentorum  
 interuerso fluminis circuitu uacabat. Hoc fonte pro-  
 hiberi posse opidanos cum optarent reliqui: Cesar u-  
 nus uideret sine magno periculo e regione eius ui-  
 neis aggere aduersus montem & aggerem instruere  
 cepit magno cum labore & continua dimicacione. Opi-  
 dani enim loco superiore decurrunt: & eminus sine  
 periculo prelantur: multoq; pertinaciter succedentes  
 vulnerant. Non deterrentur tamen milites nostri  
 vineas proferre: & labore cum operibus locorum uince-  
 re difficultates. Eodem tempore cuniculos tectos cra-  
 tes & vineas agunt ad caput fontis. Quod genus ope-  
 ris sine ullo periculo: sine suspitione hostium facere li-  
 cebit extriuitur ager. in altitudinem pedum sex.  
 Collocatur in ea turris decem tabulatorum: que ut me-  
 nibus equaretur nullis operibus effici poterat. Sed que  
 superare fontis fastigium posset ex ea cum tela torme-  
 tis sacerentur: ad fontis aditum nec sine periculo pos-  
 sent aquari opidani. non tantum pecora atq; iumenta:  
 sed etiam magna hostium multitudo siti consume-  
 batur. Quo malo perterriti opidani: cupas sebo: pi-  
 ce scandulis complent eas ardentes in opera prouol-  
 uunt. Eodemq; tempore acerrime prelantur: ut ab  
 incendio restinguendo dimicationis periculo deterrant  
 romanos. Magna repente in ipsis operibus flamma  
 extitit. quecumq; enim per locum precipitem missa e-  
 rant: ea vineis & aggere suppressa comprehendebant  
 id ipsum quod morabatur. Milites contra nostri quā-  
 q; periculoso genere prelii locoq; iniquo premebantur:

AQUARI.

Cupas.  
 Sebo.  
 Scandulis.

tamen omnia fortissimo sustinebant animo. Reliq*u*is  
gerebantur & excelsi loco & in conspectu exercitus nostri  
magnusq*ue* utring*que* clamor oriebatur. Ita ut quisq*ue* poterat  
maxime insignis quo tui*rum* testatio*rum* & virtus esset eius  
telis hostium flâmeq*ue* se offerebant. Celer cum complu-  
res suos vulnerari uideret: ex omnibus opidi partibus  
cohortes montem ascendere & simulatione moenium  
occupandorum clamorem undiq*ue* iub*er*e tollere. Quo fac-  
to perterriti opidani cum quid ageretur in locis reliquis  
nescirent: suspensi reuocant ab impugnandis operibus  
armatos murisq*ue* disponunt. Ita nostri sine prelii facto ce-  
leriter opera flâma comprehensa partim restingunt par-  
tim interscindunt. Cum pertinaciter resisterent opida-  
ni: magna etiam parte amissa siti suorum in sententia  
permanebant. Ad postremum cuniculis uene*re* fontes  
interscise sunt atq*ue* auerse. Quo facto repente perennis  
exaruit fons tantamq*ue* attulit opidanis salutis despe-  
rationem: ut id non hominum consilio sed deorum uo-  
luntate factum putarent. Itaq*ue* se necessitate coacti tradi-  
derunt. Celer cum suam lenitatem cognitam omnibus  
sciret: neq*ue* uereretur ne quid crudelitate nature uidere-  
tur asperius fecisse: neq*ue* exitum consiliorum suorum  
animaduerteret: sed tali ratione diuersis in locis plures  
consilia inissent: exemplo supplicii deterrendos reliquos  
existimauit. Itaq*ue* omnibus qui arma tulerant: manus  
precidit: uitamq*ue* concessit: quo testatio*rum* esse pena im-  
proborum. Drapes quem captum esse a caninio docui:  
sue indignitate & dolore uinculorum sue timore gra-  
uioris supplicij paucis diebus cibo se abstinuit atq*ue* ita  
interiit. Eodem tempore luterius quem profugisse ex

Drapes se cibo absti-  
nens periit.

prelio scripsi: cum in potestatem uenisset epasnaci aruer-  
 ni: crebro enim mutandis locis multorum fidei se com-  
 mittebat: quod nusq; diutius sine periculo cōmoraturus ui-  
 debatur. Cum sibi conscius esset: q; inimicum deberet cae-  
 sarem habere. hunc epasnacus aruernus amicissimus  
 populi ro. sine dubitatione illa uictum ad cesarem de-  
 duxit. Labienus interim in treueris equestre preliuz  
 facit secundum compluribusq; treueris interfectis et  
 germanis qui nullis aduersus romanos auxilia dene-  
 gabant. principes eorum viros redigit insuam potesta-  
 tem: atq; in hissurum heduum qui & uirtutem & generis  
 summam nobilitatem habebat. solusq; ex heduis ad id  
 tempus permanserat in armis. Ea re cognita caesar cū  
 in omnibus partibus gallie res bene gestas uideret: iu-  
 dicaretq; superioribus estiuis galliam deuictam subae-  
 tamq; esse: in aquitaniam quam nunq; adisset: sed  
 per p. crassum quadam ex parte deuicisset: cum dua-  
 bus Legionibus in eam partem gallie est profectus: ut  
 ibi extremum tempus consumeret estiuorium: quam  
 rem sicuti cetera celeriter feliciterq; confecit. Namque  
 omnes aquitanie ciuitates legatos ad cesarem miserunt  
 obidesq; ei dederunt. Quibus rebus gestis: ipse equitu  
 presidio narbonem profectus est: exercitum per lega-  
 tos in hibernia deduxit: quattuor legiones in belgio col-  
 locauit. Cum M. antonio & C. trebonio & P. uatinio  
 legatis duas legiones in heduos deduxit: quorum in om-  
 ni gallia summam esse auctoritatem sciebat: duas in  
 turrones ad fines carnutum posuit. Que omnes illam  
 regionem coniunctam oceano continerent. Dual re-  
 liquas in lemonicum finibus non longe ab aruernis

Cesār tendit in aqui-  
 taniam in qua nūq;  
 antea fuerat.

nequa pars gallie uacua ab exercitu esset: paucos dies ipse  
in prouincia moratus: cum celeriter omnes conuetus  
percurrisset publicas contiouerias cognouisse: meritis  
premia tribuisset: cognoscendi enim maximam facul-  
tatem habebat quali quisq; fuisse animo in totius gal-  
lie defectione: quam sublinuerat fidelitate atq; auxi-  
lijs prouincie illius confessis rebus ad legiones in belgiū  
se recipit: hibernatq; nemetocenq;. Ibi cognoscit Comiū  
atrebatem cum equitatu suo prelio contendisse. Nam  
cum Antonius in hiberna uenisset: ciuitasq; atrebatum in  
officio esset: comius qui post illam uulnerationem quā  
supra commemorauit semper ad omnes motus para-  
tus suis ciuibus esse consuellet: ne consilia belli querē-  
tibus auctor armorum duxq; esset: parente romanis  
ciuitate cum suis equitibus latrocinij se suosq; alebat in-  
festisq; itineribus commeatus complures qui compor-  
tabantur in hiberna romanorum intercipiebat. Erat  
attributus Antonio prefectus equitum. C. uolusenus  
quadratus: qui cum eo hibernaret. Huc Antonius ad  
prosequendum equitatum hostium mittit Volusenus  
ad eam uirtutem que singularis erat in eo magnū adiu-  
comii adiungebat quo libertius id ficeret quod impe-  
rabatur. Itaq; dispositis insidijs sepius equites eius aggres-  
sus secunda prelia faciebant. Nonissime cum ueheme-  
tius contenderet: ac uolusenus ipsius interciendi  
comii cupiditate pertinaciis cum paucis insecuris es-  
set: ille autem fuga uehementi uolusenum produxit-  
set longius: tum repente omnium suorum inuocat  
fidem atq; auxilium: ne sua uulnera per fidem inter-  
posita paterentur impunita: conuersoq; equo se a cete-

*Animosq; Comius  
quadratus uulnusat.*

ris incautius premitit in prefectum faciunt hoc idem  
 omnes eius equites paucosq; nostros conuertunt atque  
 inseguuntur. Comius intensem calcaribus equum  
 coniungit equo quadrati lanceaq; infesta magnis uiri-  
 bus femur traicit medium uoluseni. Prefecto uulne-  
 rato: non dubitant nostri resistere: & conuersis equis  
 hostem pellere. Quod ubi accidit: complures hostium ma-  
 gno nostrorum impetu proculsi uulnerantur: ac partim  
 in fuga proteruntur: partim intercipiuntur. Quod  
 ubi malum dux equi uelocitate evitauit: ac si prelio  
 secundo grauiter abeo uulneratus prefectus esset: ut  
 uite periculum aditurus uideretur refertur in cas-  
 tra. Comius autem sive expiato suo dolore: sive mag-  
 parte amissa suorum legatos ad antonium mittit: seq.  
 & ibi facturum ubi prescripsit: & ea facturum que  
 imperauerit: oblidibus firmat: unum illud orat:  
 ut timori suo concedatur: ne in conspectu ueni-  
 at cuiusq; romani. Cuius postulationes Antonius cu  
 iudicaret ab iusto nasci timore: ueniam petenti dedit:  
 obides accipit. Scio cesarem singulorum annorum  
 singulos commentarios consecuisse quod ego non exis-  
 timauit mihi esse faciendum: propterea quod insegn-  
 annus. T. paulo & c. marcello consulibus nullas habe-  
 magnopere gallie res gestas. Ne quis tamen ignoraret  
 quibus in locis cesar exercitusq; eo tempore fuissent:  
 pauca esse scribenda coniungendaq; huic commen-  
 tario statui. Cesar cum in belgio hiemaret: unum  
 illud propositum habebat continere in amicitia ciui-  
 tates: nulli spem aut causam dare armorū. Nihil  
 enim minus uolebat: q; sub discessu suo necessitate

Hec hinc de ce-  
 sare verba:  
 commentarios.

sibi aliquam imponi belli gerendi ne cum exercitum de-  
 ducturus esset bellum aliquod relinquetur quod  
 omnis gallia libenter sine presenti periculo susciperet.  
 Itaq; honorifice ciuitates appellando principes maxis  
 premijs afficiendo nulla onera iniungendo defessa  
 tot aduersis preliis galliam conditione parendi me-  
 liore facile in pace continuuit. Ipse hibernis peractis  
 contra consuetudinem in italiam q; maximis itine-  
 ribus est protectus ut municipia & colonias appella-  
 ret quibus u. antonii questoris sui commendauerat  
 sacerdotij petitionem contendebat em gratia cum libe-  
 ter pro homine sibi coniunctissimo quem paulo ante  
 premiserat ad petitionem tum acriter contra facti-  
 onem & potentiam paucorum qui marci antonij  
 repulsa. Cesaris decedentis gratiam conuellere cupie-  
 bant. Hunc & si augurem prius factum q; italiam at-  
 tingeret initinere audierat tamen non minus ius-  
 tam sibi causam municipia & colonias adeundi exis-  
 timauit ut iis gratias ageret quod frequentiam atq;  
 officium suum antonio prestitissent simulq; se & ho-  
 norem suum sequentis anni commendaret petiti-  
 one propterea quod insolenter aduersarii sui gloria-  
 rentur. L. lentulum &c. marcellum consules crea-  
 tos qui omnem honorem & dignitatem cesaris spolia-  
 rent erectum seruio galbe consulatum cum ii mul-  
 to plus gratia suffragijsq; ualuerint quod sibi coniuc-  
 tus & familiaritate & consuetudine legationis esset.  
 Exceptus est caesaris aduentus ab omnibus municipiis  
 & coloniis incredibili honore atq; amore. Cum pri-  
 mum enim ueniebat ab illo uniuerso gallis bello ni-

Cesar delicta & iam  
 pacata gallia in  
 italiam p[ro]ficiuntur.

hil relinquebatur quod ad ornatum portarum itinerium locorum omnium: qua celer iturus erat exco-  
 gitari poterat: cum liberis omnis multitudo obuiam procedebat: hostie omnibus locis immolabatur: tricliniis stratis: fora templaque occupabantur ut uel expectatissimi triumphi letitia percipi posset. Tanta erat magnificentia apud opulentiores: cupiditas apud meliores: cum omnes regiones gallie togate celer percurrisse summa celeritate ad exercitum ne-  
 mentocenam redit: Legionibusque ex omnibus hibernis ad fines treuerorum euocatis eo protectus est ibi exercitum lustrauit. T. Labienum gallie prefecit to-  
 gate: quo maiore commendatione conciliaretur ad consulatus petitionem. Ipse tantum itineris fa-  
 ciens quantum satis esse mutationem locorum pro-  
 pter salubritatem existimabat. Ibi quangque crebro au-  
 diebat labienum ab inimicis suis sollicitari certiogniebat: id agi paucorum consiliis: ut interpolata se-  
 natus auctoritate aliqua parte exercitus spoli-  
 aretur: tamen neque de labieno credidit quicquam  
 neque contra senatus auctoritatem ut aliquid fa-  
 ceret adduci potuit. Judicabat cum liberis sententiis patrum conscriptorum causam suam facile obtine-  
 ri. Nam Caius curius tri. pl. cum celsaris causam dignitatemque defendendam suscepisse: sepe erat senatui pollicitus si quem timor celsaris lederebat & quoniam pompeii dominatio atque arma non minimum terrorem foro inferrent: discederet uterque ab armis: exercitusque dimitteret. Fore eo facto liberam & sui iuri ciuitatem: neque hoc tantum pollicitus est: sed per

Nota de Labieno.

Doniinatio.

se dissencionem facere coepit: quod ne fieret omnes consules amicis pompeii suaserunt: atq; ita rem moderando discesserunt. Magnum hoc testimonium senatus erat uniuersi conueniensq; superiori facto: nam marcellus proximo anno cum impugnaret cesaris dignitatem contra legem pompeii & crassi retulerat ante tempus ad senatum de cesaris prouinciis. sententisq; dictis discessionem faciente marcello: qui sibi omnem dignitatem ex cesaris iniuria querebat. Senatus frequens in alia omnia transiit quibus non frangebantur animi mimicorum cesaris: sed commouebantur: quo maiores sperarent necessitudines quibus cogi posset senatus consultum: ut ad bellum parthicū legio una a C. pompeio altera a C. cesare mitteretur. neq; obscure duae legiones uni detrahuntur. Nam C. pompeii legionem primam quam ad cesarem miserat constitam ex delectu prouincie. Cesari eam tanq; ex suo numero dedit. Cesas tamen cum de uoluntate minime dubium esset aduersariorum suorum pompeii legionem remisit & suo nomine quintadecimam quam in gallia citeriore habuerat ex se iuxta tradidit eius locum tertiadecimam legionem in italiā mitit: que presidia tueretur: ex quibus presidius quinta decima deducebatur. Ipse exercitum distribuit in hiberna. Trebonium cum legionibus quatuor in belgio collocat. fabium cum totidem in heduios deducit. Sic enim existimabat audissimam fore galliam: si belgi quorum maxima uirtus: si hedui quorum auctoritas summa esset exercitibus contineretur. Ipse in italiā protectus est. Quo cum uenisset: cognoscit p. caium



marcellum consulem legiones duas ab se remissas que esse deberent ad parthicum bellum duci cum pompeio traditas atq; in italia retentas esse. Hoc facto quaq; nulli erat dubium quidnam contra cesarem parare tur. tamen caesar omnia patientia esse statuit quo ad sibi spes aliqua relinquetur iure potius discendanti q; belli gerendi,

(3)

FABIVS.

Initium Civilis  
belli inter cesare  
& pompeium.

Referretur.

Consules.

Lentulus consul.

S &amp; M A T V S.

S C I P I O.  
Pompeius.

M. MARCELLUS.

**L**ITTERIS A FABIO CAII CAESARIS CONSULIBVS redditis egre abiis impetratum est. summa tribunorum & plebis contentione ut in senatu recitarentur. Ut uero litteris ad senatum referuntur impetrari non potuit. Referunt consules de re publica in ciuitate lentulus consul senati reiq; prius se non defuturum pollicetus. si audacter ac fortiter sententias dicere uelint. si in cesarem respiciant atq; eius gratiam sequantur. ut superioribus fecerint temporibus se sibi consilium capturum. neq; senatus auditati obtemperaturum. habere se quoq; ad cesarie gratiam atq; amicitiam receptum. In eadem sententia loquitur scipio pompeio non esse in animo ei prius non deesse si senatus sequatur. Si cunctetur ut agat lenius. nequicq; eius auxilium si postea uelit senatum imploraturum. Hec scipionis ratio quod senatus in urbe habebatur. pompeiusq; aderat ex ipsius ore pompeii mitti uidebatur. Dixerat aliquis leniorem sententiam. Ut primo m. marcellus ingressus in eam orationem non oportere ante de ea re ad senatum

